



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ad Leonem X. Pontificem Maximvm**

**[Straßburg], 1519**

**VD16 L 3409**

Conclvsio LIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34717**

M. L RESOLVTONES DE VIRTUTE IN  
deglubunt modo, sed deuorant eos corpore & anima. uere se  
pulchrum patens guttur eorum, linguis suis &c.

C O N C L V S I O L I .

Docendi sunt Christiani, quod papa sicut debet, ita uellet  
etiam uendita (si opus sit) basilica S. Petri, dare illis, a quorū  
plurimis quidā a concionatores ueniarū pecunias eliciunt:

SIC B. Ambro. calices conflauit, pro redimendis captiuis. &  
B. Paulinus Nolamus seipsum captiuū tradidit p suis. Et ad hoc  
ipsum habet aurū ecclesia, ut est in decretis ex eodē Ambro. sum  
ptū. At nunc bone deus, quanti sunt q̄ ligna, īmo folia portat in  
syluā, & guttulas suas in mare, id est, obolos suos in marsupiū il  
lud cuius (ut Hieronymi uerbis utar) lucr̄, est totius orbis religio

C O N C L V S I O L II .

Vana est fiducia salutis, per literas ueniarum, etiam si cō  
missarius, īmo ipse papa īmp̄gnoraret animā suam pro illis

H O C Hoc quoq̄ portentū audent sine omni fronte proferre  
ut timorem dei ab hominibus tollat, per indulgentiasq̄ secum  
ad indignationē dei perducant, contra dictum Sap. de peccato  
propiciato, noli sine metu esse. Et iterū, Delicta q̄s intelligit. At  
inquit, Non tollimus timorē dei. Si potest securitas per ueni  
as stare, cum timore dei, uere nō tollitis, sed populus acceptis li  
teris, cū tanto iuramenti hiatu cōmendatis, si timet, quod non  
sufficiunt literę coram deo, quō erit uera, illa gloria securitatis  
promissio. Sin confidit sufficere, quō timebit: Infoelix sit omnis  
ille sermo in aeternū, qui securitatem & fiduciā, suaderet in aut per  
rem quamcūq; præter nudā misericordiā dei, quæ Christus est.  
Omnes sancti nō solum timent, sed etiā desperantes dicūt, Non  
intres in iudicium cum seruo tuo domine. Et tu eos per literas  
securos introducis in iudicium eius. Vnde ego illam fabulam,  
quam quidā in tam effrenes mendacijs gurgites suixerunt, non  
ueritate penitus uacuam credo, scilicet uenisse quendā mortuū  
cum literis ueniarū ad infernum, per easq; petijſſe libertatē, tunc  
occurrisse dæmonē, qui legens, inter manus (præ feruore ignis)  
cærā & papyrum consumpsit, secumq; traxit in profundum.

C O N C L V S I O L III .

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M.

Hostes Christi & Papæ sunt, qui propter uenias prædicandas, uerbum dei in alijs ecclesijs penitus silere iubent.

QVIA officium & mens Papæ est, ut ante omnia semper, & ubiq; uelit uerbū dei prædicari, sicut sibi præceptū esse a Christo nouit, Quomodo ergo credendus est Christo, & sibi ipsi res pugnare? At nostri id audent sicut & omnia.

C O N C L V S I O    L I I I .

Iniuria sit uerbo dei, dum in eodem sermone, æquale uel longius tempus impenditur uenijis quam illi.

S A T I S patet ex dignitate uerbi dei, imo ex necessitate, cum uerbum ueniarum neq; sit necessarium, neq; multum utile.

C O N C L V S I O    L V .

Mens Papæ necessario est, quod si ueniae (quod minimum est) una campana, unis pompis, & cæremonijs celebrantur Euangeliū (quod maximum est) centum campanis, centum pomspī, centum cæremonijs prædicetur.

QVIA nihil in ecclesia est maiore cura tractandū, q; Sanctū Euangeliū, cum ecclesia nihil habeat preciosius, & salubrius, unde & hoc unicū est opus, quod discipulis suis iniunxit, tam repetitis uicibus. Et Paulus dicit, se nō ad baptizandū, sed ad euangelizandū missum. Deniq; Christus præcipit sacramentū eucharistiae non celebrari, nisi in suā cōmemorationē. Et Pau. i. Cor. xi. Quotiescumq; māducabitis panē hunc, & calicē bibeatis, morte domini annunciabitis. Melius est em̄ omittere sacramentū, quā euangeliū non nunciare. Et ecclesia statuit Missam sine lectione Euangeliū nō celebrandā. Plus itaq; ponderat Euangeliū q; missam deus, quia sine euangeliō non uiuit homo in spiritu. Sine missa aut̄ uiuit. In omni uerbo em̄, quod procedit de ore dei, uiuet homo, ut latius Ioan. vi. dominus ipse docet. Deinde missa reficit eos, qui iam sunt in corpore Christi, Euangeliū uero, gladius spiritus, deuorat carnes, diuidit Behemoth, tollit uasa fortis & auget corpus ecclesiæ. Missa nulli prodest nisi iā uiuo, Euangeliū prouersus omnibus. Vnde in primitiua Ecclesia permittebantur Energumeni & catechumeni usq; post Euangeliū interessere,